

No. 244. 1405. 28. Aug.

Der Probst Georg und der Convent zu St. Afra bekennen, dass der Decan des Hochstifts Johannes de Poczsta ihnen 60 vollwichtige Goldgülden übergeben und sie dagegen folgende Verpflichtungen übernommen haben, deren unverbrüchliche Festhaltung sie versprechen: Quod singulis annis interim ipse dominus Johannes vitam duxerit in hoc seculo validam, missam pro peccatis in choro nostri monasterii tenebimur et debemus decantare proxima quarta feria post festum nativitatis sanctae Mariae virginis, et extunc magister infirmariae nostrae qui pro tempore fuerit dominis nostri conventus census pro dictis florenis comparatos levabit, et iuxta ritum et consuetudinem nostri monasterii ministrabit custodi, ut lumina incendat tres grossos, campanatori tantum quantum uni conventuali de iuvenibus dominis scholas intranti. Cum autem memoratus dominus Johannes diem suum clauserit extremum, quod deus iuxta sui complacentiam disponere dignetur, extunc dicta missa pro peccatis in anniversarium sui obitus digne convertatur, tali tamen modo et ordinatione quod ipso die suae decessionis vigiliae maiores cum omni sollempnitate, et sequenti die missa pro defunctis laudabiliter ac devotius decantentur. Et nihilominus custos monasterii nostri quatuor lumina accensa candelabro et pannum sericeum feretro supposito etiam tapeto imponat et pro eo tres grossi ipsi custodi prout in missa pro peccatis tribuantur, censusque praedicti iterum iuxta ritum nostri monasterii inter conventuales nostros dividantur. Et cuilibet missam ipso die pro defunctis celebranti, medius grossus benignius ministretur et campanatori tantum quantum prius, et in commemoratione post missam habenda dominis tunc praesentibus quatuor grossi tribuantur. Insuper fraternitatem nostram cum vigiliis missis et orationibus aliisque castigationibus et specialiter post obitum praefati domini Johannis unius psalterii devota lectione ac cottidianis vigiliis et missis pro defunctis per tricesimum ipsius obitus inviolabiliter servare spondemus fide bona. — In quorum omnium testimonium praesentem paginam scribi et sigilli nostrae praepositurae totiusque conventus fecimus appensione communiti sub anno domini millesimo quadringentesimo quinto ipso die sancti Augustini episcopi et confessoris.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen; an Pergamentstreifen hängen die Siegel der Probstei und des Convents.

No. 245. 1406. 24. Jan.

B. Thimo trifft wegen der Rangstellung des Probsts, der Augustiner-Chorherren und der Scholaren von St. Afra zu den Prälaten, Domherren und Vicaren der Domkirche sowie über die Kleidung der Ersteren einige Bestimmungen.

Thimo dei et apostolicae sedis gratia episcopus Misnensis honorabilibus et religiosis viris dominis Georgio praeposito, Nicolao priori totique conventui ecclesiae sanctae Affrae canonicorum regularium ordinis sancti Augustini in Misna devotis nobis in Cristo dilectis salutem in filio virginis gloriosae. Ad sublime nostri pontificii decus et in augmentum honestatis ecclesiae nostrae provenire non ambigimus, dum iuxta apostoli sententiam fraternitatis simus amatores et honore praevenimus eos potissimum, quos approbatae religionis honorificentia conspicuos et insignes ac secundae dignitatis honore eiusdem ecclesiae nostrae finitimos¹⁾ reddit propensius et

¹⁾ finitimos Orig.
COD. DIPL. SAX. II. 4.